FESTA PROPRIA
SOCIETATIS MARIÆ

I.

FESTA MOBILIA.

DOMINICA IV. POST EPIPHANIAM.

Inventionis pueri Jesu in medio Doctorum.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis præter Ant. ad Magnificat : **Remánsit puer Jesus.** 204.

AD MISSAM.

Intr. **In excélso throno.** 205.

Oratio.

DEus, qui húmilem Fílii tui puerítiam cæléсti claróre sapiéntia voluísti : præsta, ut spíritu prudéntiæ repléti, sincéra tibi humilitáte placeámus. Per eúmdem Dóminum.

Et fit commemoratio Dominicæ IV. post Epiphaniam, 222.

Lectio Actuum Apostolorum. *Act. 3.*

MOyses dixit : Quóniam prophétam suscitábit vobis Dóminus Deus vester de frátribus vestris, tamquam me : ipsum audiétis juxta ómnia quæcúmque locútus fúerit vobis. Erit autem : omnis ánima quæ non audíerit Prophétam illum, exterminábitur de plebe. Et omnes Prophétæ a Sámuel et deínceps, qui locúti sunt, annuntiavérunt dies istos. Vos estis fílii Prophetárum, et testaménti quod dispósuit Deus ad patres nostros, dicens ad Abraham : Et in sémine tuo benedicéntur omnes famíliæ terræ. Vobis primum Deus súscitans Fílium suum, misit eum benedicéntem vobis, ut convértat se unusquísque a nequítia sua.

Grad. 1.



Digitized by Google



Digitized by Google



ti- a * et respónsis e-jus.



Si transferatur post Septuagesimam, omissis Allelúia, *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus :* Dómine Deus virtútum. 214.

Evang. Cum factus esset. 207. Credo.

Offert. 2.



F I- li- i * Si- on, ex- sul-tá- te,



et læ-tá- mi-ni in Dó- mi- no De- o ve-



stro, qui- a dedit vo- bis doctó-rem justí- ti- æ.



Secreta.

DEvotiónis nostræ múnera tibi offérimus, Dómine, Majestátem tuam humíliter deprecántes : ut, qui Fílii tui temporálem pueritiam sapiéntiæ et sciéntiæ donis fecísti claréscere, corda nostra ad percipiénda ex ore ejus salútis documénta dispónas. Per eúmdem Dóminum.

Præfatio de Nativitate. 8*.

Comm. 8.



V Erba vi- tæ * ætérnæ ha-bes, et nos credí-



dimus et cognó-vimus qui- a tu es Chri- stus Fí- li-



us De- i.

Digitized by Google

Postcommunio.

DEus, cujus Unigénitus se véluti proficiéntem sapiéntia et grátia mortálium sénsibus exhibére dignátus est : quǽsumus, ut quotidiána nobis spirituálium proféctuum increménta, per hæc quæ súmpsimus mystéria propítius largiáris. Per eúmdem Dóminum.

In fine legitur Evangelium Dominicæ IV. post Epiph. 222.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesp. festi S. Joseph, 789, *præter seq.*

Capitulum.

OMnes sitiéntes veníte ad aquas, et qui non habétis argéntum, properáte, émite et comédite; veníte, émite absque argénto, et absque ulla commutatióne vinum et lac.

Hymn. 1.



Meménto summi gáudii,
Quo recreásti péctora
Castæ paréntis Vírginis,
Et ejus almi Cónjugis.

Non lingua nostra dícere,
Nec mens valet pernóscere,
Quanto dolóre sáucii
Natum requírunt únicum.

Amíssus in templo Puer,
Auges Paréntum gáudia,
Invéntus in Templo sedens,
Intérque Doctóres docens.

In hoc vagántes sǽculo
Si cassus error tráxerit,
Fac rite nos te quǽrere,
Et te repérto pérfrui.

Jesu, tibi sit glória,
Qui te revélas ánxiis,
Cum Patre et almo Spíritu,
In sempitérna sǽcula.

℣. Ecce testem pópulis dedi eum.
℟. Ducem ac præceptórem géntibus.

Ad Magnificat, Ant. Puer Jesus. 188.

¶ AD COMPLETORIUM, *in fine Hymni dicitur :*

Jesu, tibi sit glória
Qui te revélas ánxiis.

DOMINICA II. POST PASCHA.

Gaudiorum B. M. V.

MISSA. Salve, sancta Parens. *ut in Missa votiva B. M. V. a Pascha ad Pentecosten.* 707.

In præfatione de B. M. V., Et te in gáudiis. 9*.

Digitized by Google

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in Festis B. M. V., ritu Paschali, præter sequentia :

Ad Magnif. Ant. **Regina cæli.** 6. F. 91.

Oratio. **Concéde nos**, 709.

FERIA II. ROGATIONUM.

B. M. V. de Misericordia.

MISSA. **Salve sancta Parens.** *ritu Paschali,* 707.

Oratio ut infra.

Evang. **Loquénte Jesu.** 710.

In Præfatione de B. M. V., **Et te in festivitáte.** 9*.

Oratio.

DEus, cujus misericórdiæ non est númerus, concéde nobis, sanctíssima Unigéniti Fílii tui Matre intercedénte, ut hanc lárgiter in terris et glóriam cónsequi mereámur in cælis. Per eúmdem Dóminum.

IN VESPERIS, *de Communi præter Orationem, ut supra.*

DOMINICA I. NON IMPEDITA MAII.

B. M. V. de Miraculis.

MISSA. **Salve sancta Parens.** *ut in Missa votiva de B. M. V. a Pentecoste ad Adventum,* 708.

In Præfatione de B. M. V., **Et te in festivitáte.** 9*.

Tempore Paschali, **Allelúia. ℣. Virga Jesse.** 707.

IN VESPERIS, *de Communi.*

DOM. I. NON IMPEDITA FESTO DUPL. POST OCT. CORP. CHRISTI.

Divisionis SS. XII Apostolorum.

IN I. ET II. VESPERIS.

Omnia de Communi Apostolorum, 583, *præter Orationem quæ dicitur ut infra.*

AD MISSAM.

Intr. **Mihi autem.** 713.

Oratio.

DEus, qui mundum univérsum beatórum Apostolórum prædicatióne docuísti : da nobis, quǽsumus; ut quórum hódie divisiónem cólimus, per eórum ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Digitized by Google

Epistola. Corde enim. 713.

Graduale. Constítues eos. 881.

Allelúia, allelúia. ℣. Nimis honoráti sunt. 1018.

Evangelium, 458, *loco primæ phrasis dicendo :* In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Eúntes in mundum univérsum...

Offert. In omnem terram. 1019.

Secreta.

Mitte, quǽsumus, Dómine, Spíritum Sanctum, qui sanctórum Apostolórum tuórum linguas ad prædicándum fecit disértas; ut et hæc præséntia múnera sanctíficet, et ad hæc percipiénda córdium nostrórum purget habitáculum. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Præfatio de Apostolis. 9*.

Communio. Vos qui secúti estis me. 781.

Postcommunio.

PRæsta, quǽsumus, omnípotens Deus, ut sicut beátos Apóstolos tuos prædicátio sancta in tota Ecclésia fecit esse glorióSos; ita et per hæc sacra, quæ súmpsimus, eórum nos sequi documénta, ut et gáudia consequámur ætérna. Per Dóminum.

DOMINICA ULTIMA JULII.

Humilitatis B. M. V.

AD MISSAM.

Intr. Salve, sancta Parens. 708.

Oratio.

DEus, qui humília réspicis et alta a longe cognóscis, da fámulis tuis humilitátem beátæ Maríæ semper Vírginis puro corde sectári, quæ virginitáte plácuit, humilitáte concépit Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum.

Epist. In ómnibus réquiem quæsívi. 948.

Grad. Benedícta. 709. Allelúia, allelúia. ℣. Post partum. 709.

Evang. Missus est. 704. *Dicitur* Credo.

Offert. Ave María. 122.

Secreta.

HÆC oblátio, quǽsumus, intercedénte beáta Vírgine Dei Genitríce María, veræ nobis humilitátis grátiam obtíneat, simúlque a córdibus nostris concupiscéntiam carnis et oculórum, atque ambitiónem sǽculi áuferat : quátenus sóbrie, juste, piéque vivéntes, prǽmia consequámur ætérna. Per eúmdem Dóminum.

Præf. de B. M. V., Et te in festivitáte. 9*.

Comm. Beáta víscera. 711.

Digitized by Google

Postcommunio.

HUjus, Dómine, sacraménti percéptio peccatórum nostrórum máculas abstérgat, et gloriósæ beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne per humilitátis viam ad supérna nos regna perdúcat. Per Dóminum.

In Vesperis, *de Communi.*

DOM. INFRA OCT. SS. OMNIUM.

B. M. V. de Suffragio.

Missa. Salve sancta Parens, 708, *præter Orationes.*

Oratio.

COncéde, quæsumus, omnípotens Deus : ut beátæ Maríæ Vírginis suffrágiis intercedéntibus, et fidélium ánimæ indulgéntiam, et nos grátiæ tuæ dona ac ætérnæ vitæ præmia consequámur. Per Dóminum.

Secreta.

TUA, Dómine, propitiatióne, et beátæ Maríæ Vírginis intercessióne, vivis ad medélam, mortuísque ad suffrágia, oblátio hæc profíciat usque ad ætérnam prosperitátem et pacem. Per Dóminum.

Postcommunio.

SUmptis, Dómine, salútis nostræ subsídiis : da, quæsumus, beátæ Maríæ Vírginis suffrágiis vivos et mórtuos ubíque prótegi; in cujus veneratióne hæc tuæ obtúlimus Majestáti. Per Dóminum.

Præfatio de B. M. V., Et te in festivitáte. 9*.

IN I. ET II. VESPERIS.

Omnia ut in festis B. M. V., 698, *præter :*

Ad Magnif. Ant. 8. c

Digitized by Google

DOMINICA INFRA OCT. NATIVITATIS.

Festum Ss. Nominis Mariæ.

IN I. VESPERIS.

Ut in II. Vesperis, præter :

Capitulum. *Judith. 13.*

BEnedícta tu a Dómino Deo excélso præ ómnibus muliéribus super terram, quia hódie nomen tuum ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum, qui mémores fúerint virtútis Dómini in ætérnum.

℣. Sit Nomen Vírginis Maríæ benedíctum.
℟. Ex hoc nunc et usque in sǽculum.

Ad Magnif. Ant. 7. d



MArí-æ Nomen * cunctas illústrat ecclési- as,



cu- i fecit magna qui pot-ens est, et sanctum Nomen e- jus.



E u o u a e.

Oratio. Concéde. 972.

MISSA *ut in Festo Ss. Nominis Mariæ.* 972.

IN II. VESPERIS.

Psalmi ut in Festis B. M. V. 698.

1. Ant. 3. a



MIssus est * Angelus Gábri- el ad Vírginem de-



sponsá-tam viro cu- i nomen e-rat Jo-seph, et Nomen



Vírginis Ma- rí- a. E u o u a e.

Digitized by Google



Cap. et ℣. *ut in I. Vesperis.*

Hymn. Ave maris stella. 699.



Digitized by Google



di-æ, vi- ta, dulcédo et spes nostra in hac lacrymá-



rum val- le. E u o u a e.

DOM. III. VEL IV. SEPT.

Octava SS. Nominis Mariæ.

Omnia ut in Festo.

II

FESTA FIXA.

DIE XVII. FEBRUARII.

Fugæ D. N. J. C. in Ægyptum.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, præter :

Ad Magnif.
Ant. 1. f



E C-ce Ange-lus Dómi-ni * appáru-it in somnis



Joseph, di-cens : Surge, et áccipe Pú-erum et Matrem e-

jus, et fu- ge in Ægýptum, et esto i-bi usque dum

dicam ti-bi : futúrum est enim, ut Heródes quærat

Digitized by Google

Pú-erum ad perdéndum e- um. E u o u a e.

AD MISSAM.

Intr. 6.

ANgelus Dómi- ni * appá- ru-it in somnis

Joseph, di- cens : Sur-ge et ácci-pe Pú- e-rum et

Matrem e- jus et fu- ge in Ægý- ptum. *Ps.* Ecce



elongávi fúgi-ens et mansi in so-li-túdine. Gló-ri- a



Pátri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sicut erat in



princípi-o, et nunc et semper, et in sæcula sæcu-ló-



rum. Amen.

Oratio.

PRotéctor in te sperántium, Deus, qui Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ex Heródis gládio Fuga in Ægýptum erípere voluísti : concéde nobis fámulis tuis, beatíssima semper vírgine ejus Matre María intercedénte; ut ab ómnibus mentis et córporis perículis liberáti, ad cæléstem pátriam pervenire mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Lectio Isaiæ Prophetæ. *Cap. 19.*

IN diébus illis : Clamábunt ad Dóminum a fácie tribulántis et mittet eis Salvatórem et propugnatórem qui líberet eos. Et cognoscétur Dóminus ab Ægýpto, et cognóscent Ægýptii Dóminum in die illa et

Digitized by Google

colent eum in hóstiis et munéribus : et vota vovébunt Dómino et solvent. Et percútiet Dóminus Ægyptum plaga et sanábit eam, et reverténtur ad Dóminum, et placábitur eis, et sanábit eos Dóminus Deus noster.

Grad. Angelis suis. 248.

2.



Post Septuag., omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus.* Qui hábitat. 249, *usque ad* Scápulis suis *exclusive.*

Evangelium. 179, *usque ad* Tunc Heródes *exclusive.*

Offert. 5.



Digitized by Google

Secreta.

LAudis tibi, Dómine, hóstias immolámus, supplíciter deprecántes : ut qui cum beatíssima Matre Vírgine María in Ægýptum exsul deférri voluísti, éxsules nos, eádem Vírgine intercedénte, ad cæléstem pátriam benígnus perdúcas : Qui vivis.

Præfatio de Nativitate. 8*.

Comm. 1. 

E T erat i-bi * usque ad óbi-tum Heró- dis, ut



adimpleré- tur quod dictum est a Dómino per pro-



phé- tam dicéntem : Ex Ægý- pto vo- cá- vi



Fí- li-um me- um.

Postcommunio.

LArgíre sénsibus nostris, omnípotens Deus, ut per temporálem Fílii tui Fugam, quam mystéria veneránda testántur, vitam te nobis dedísse perpétuam confidámus. Per eúmdem Dóminum.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. Dixit Dóminus. 74. Laudáte púeri. 75. Lætátus sum. 96. Nisi Dóminus. 96. Lauda Jerúsalem. 100.

1. Ant. 8. G 

E Cce * Angelus Dómini appáru-it in somnis

 2. Ant. 5. a 

Jo-seph. E u o u a e. S Ur- ge, * et áccipe Pú- e-



rum et Matrem e-jus, et fuge in Ægýptum. E u o u a e.

3. Ant.
3. g



E -sto i-bi * usque dum dicam ti-bi. E u o u a e.

4. Ant.
1. f



F Utú-rum est enim * ut Heródes quærat Pú-e-

rum ad perdéndum e- um. E u o u a e.

5. Ant.
7. a



C Onsúrgens Joseph, * accépit Pú-erum et Matrem



ejus nocte, et secés-sit in Ægýptum. E u o u a e.

Capitulum.

Ecce Dóminus ascéndet super nubem levem, et ingrediétur Ægýptum, et commovebúntur simulácra Ægýpti a fácie ejus, et cor Ægýpti tabéscet in médio ejus.

Hymn.
3.



R Egem treméndæ gló-ri-æ De stírpe promíss*um* A-

brahæ Venísse re-ges índi-cant, Natúmque regi núnti-ant.

Tyránnus ira flúctuat,
Morti Puéllum déstinat,
Sed Virgo Mater cǽlitus
Edócta ferro súbtrahit.

Deférre Nat*um* ad ésteras
Festínat Ægýpti plagas,
Nec jam quiéscit, Fílium
Quoúsque tutum cónspicit.

At tu, Parens fortíssima,
Quæ sanct*o* amóre sáucia
Advérsa quæque déspicis,
Fugǽque damna sústines :

Tuis adésto sérvulis
Rebus quibúsqu*e* in árduis,
Quos culpa fecit éxsules,
Redíre fac in pátriam.

Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patr*e* et almo Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Accépit Joseph Púerum, et Matrem ejus nocte.
℟. Et secéssit in Ægýptum.

Digitized by Google

Ad Magnif. Ant. 5. a



DIE 28. VEL 29. FEBRUARII.

B. M. V. de Bethlehem.

IN I. VESPERIS.

Psalmi ut in Festis B. M. V., 698.

1. Ant. 1. f



Digitized by Google

2. Ant. 8. G

COmplé-ti sunt * di- es Marí- æ, ut páreret fí-li- um su- um primogéni-tum, et pannis e-um invólvit, et recli-ná-vit e-um in præsépi- o. E u o u a e.

3. Ant. 7. c

TRanse-ámus usque Béthlehem * et vide-ámus hoc ver-bum quod factum est, quod Dóminus osténdit no-bis. E u o u a e

4. Ant. 3. a

ET venérunt * festinántes, et in-venérunt Ma-rí- am, et Joseph et infántem pó-situm in præsé-pi- o. E u o u a e.

5. Ant. 8. G

MAri- a autem * conser-vábat ómni- a verba hæc, cónferens in corde su- o. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 24.*

EGO quasi vitis fructificávi suavitátem odóris, et flores mei fructus honóris et honestátis. Ego Mater pulchræ dilectiónis, et timóris, et agnitiónis, et sanctæ spei.

Digitized by Google

Hymnus. Ave maris stella. 699.
℣. Post partum, Virgo, inviolâta permansísti.
℟. Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

Ant. ad Magnificat. O admirábile commércium. 189.

AD MISSAM.

Intr. Gaudeámus. 909, *sed dicitur* :

Oratio.

DEus, qui pro nobis ex intácto beátæ Maríæ Vírginis útero Béthlehem nasci voluísti; tríbue, quǽsumus, ut, ad percipiéndum reparatiónis nostræ fructum, Genitrícis tuæ méritis ac précibus adjuvémur. Qui vivis.

Lectio Libri Sapientiæ. *Cant. 2.*

EGO flos campi, et lílium convállium ; sicut lílium inter spinas, sic amíca mea inter fílias. Sicut malus inter ligna silvárum, sic diléctus meus inter fílios. Sub umbra illíus quem desideráveram, sedi : et fructus ejus dulcis gútturi meo. Introdúxit me in cellam vináriam, ordinávit in me caritátem. Fulcíte me flóribus, stipáte me malis : quia amóre lángueo. Læva ejus sub cápite meo, et déxtera illíus amplexábitur me. Adjúro vos, fíliæ Jerúsalem, per cápreas, cervósque campórum, ne suscitétis neque evigiláre faciátis diléctam, quoadúsque ipsa velit. Vox dilécti mei, ecce iste venit sáliens in móntibus, transíliens colles : símilis est diléctus meus cápreæ, hinnulóque cervórum. En ipse stat post paríetem nostrum, respíciens per fenéstras, prospíciens per cancéllos. En diléctus meus lóquitur mihi : Surge, própera, amíca mea, colúmba mea, formósa mea, et veni. Jam enim hiems tránsiit, imber ábiit et recéssit. Flores apparuérunt in terra nostra : tempus putatiónis advénit : vox túrturis audíta est in terra nostra : ficus prótulit grossos suos : víneæ floréntes dedérunt odórem suum. Surge, amíca mea; speciósa mea, et veni : colúmba mea in foramínibus petræ, in cavérna macériæ, osténde mihi fáciem tuam, sonet vox tua in áuribus meis : vox enim tua dulcis, et fácies tua decóra.

Grad. Benedícta. 709.

Allelúia. *ij*. ℣. Post partum. 709.

Post Septuag., omissis Allelúia *et* ℣. *seq., dicitur*

Tract. 2.



Digitized by Google



tavé- runt æ-tér- ni Patris Fí- li-



um. ℣. Quæ Gabri- é- lis. *etc.*, *ut in Libro Usuali*, 705.

Tempore Paschali, Allelúia, allelúia.



℣. Fe- lix es namque, sa- cra Virgo, etc. 895.

Allelúia. ℣. Virga Jesse. 707.

Evangelium. Pastóres. 161.

Offertorium. Recordáre. 910.

Secreta.

DOmine Jesu, qui Béthlehem, quæ domus panis interpretátur, ex beáta Vírgine nascens, te animárum panem futúrum præsignásti : da, ut hæc sacra mystéria digne nos celebrántes, ad cæléstia tandem récipi convívia mereámur : Qui vivis et regnas.

Præfatio de B. M. V., Et te in Maternitáte. 9*.

Communio. Regína mundi. 911.

Postcommunio.

TUis sacraméntis purificátos, et beatíssimæ Matris tuæ protectióne munítos, ad ætérnam renásci vitam concéde, Dómine Deus noster : qui mirábili caritátis dispensatióne nascens in terris, Béthlehem primum consecrásti : Qui vivis.

IN II. VESPERIS.

Añæ, Ps., Cap. et Hymn. ut in I. Vesperis.

℣. Dignáre me.

Ad Magnif. Ant. 6. F

A - ve * cleménti-æ Ma- ter, conso- látrix

afflictó-rum, salus infirmó- rum. Tu glóri- a Je-rú-sa-



lem, tu lætí-ti- a Isra-el, tu hono-ri- ficénti- a pópuli no-

Digitized by Google



stri. O Ma-rí- a, virgo pru- dentís-sima, o-



ra pro no- bis ad Dóminum. E u o u a e.

Oratio. Deus qui pro nobis. *ut supra.*

DIE 9. MARTII.

B. M. V. sub titulo Speculum Justitiæ.

MISSA. Salve sancta Parens. *ut in Missa votiva B. M. V. a Purificatione ad Pascha,* 706.

Præfatio de B. M. V., Et te in festivitáte. 9*.

IN VESPERIS, *de Communi.*

DIE 28. APRILIS.

B. Petri Aloisii Mariæ Chanel

Protomartyris Oceaniæ.

IN I. VESPERIS.

Omnia de Communi Martyris, Tempore Paschali, præter sequentia.

℣. Ora pro nobis, beáte Petre Aloísi María, allelúia.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi, allelúia.

Ad Magnif.
4. E

AUdí- vi * vocem Dómini dicén- tis : Quem mit-

tam, aut quis i-bit nobis? Et di- xi : Ecce e-go, mitte

me, alle-lú- ia. E u o u a e.

Digitized by Google

Oratio.

DEus, qui beátum Petrum Aloísium Maríam, Mártyrem tuum, ad prædicándum Evangélium mira mansuetúdine, flagránti caritáte et invícta constántia decorásti : da nobis, quǽsumus, ut ejus vestígiis inhæréntes, fidem quam profitémur, usque ad mortem teneámus. Per Dóminum nostrum.

AD MISSAM.

Intr. 3.



Oratio. Deus qui beátum. *ut supra.*

Epistola. Indúite vos. 223.

1.

Digitized by Google



Digitized by Google

Extra Tempus Paschale.

Grad. 6. et 5.

Allelúia, allelúia. ℣. In ínsulis maris. *ut supra.*

Evang. **Si quis vult. 600.**

Offert. 3.





Secreta.

HÆC hóstia, Dómine, quam in beáti Petri Aloísii Maríæ triúmpho deférimus, corda nostra tui amóris igne júgiter inflámmet; et ad promíssa perseverántibus prǽmia dispónat. Per Dóminum.

Postcommunio.

ANgelórum pane nutríti et supérna dulcédine perfúsi, te, Dómine, supplíciter exorámus; ut beáti Petri Aloísii Maríæ Mártyris tui exémplo, discámus terréna cuncta despícere et amáre cæléstia. Per Dóminum.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in I. Vesp., præter :





DIE 29. APRILIS.

B. M. V. Matris Gratiarum.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in Festis B. M. V., 698, *præter seq.*

℣. Intercéde pro nobis, María, Mater gratiárum. *T. P.* Allelúia.
℟. Ut digni reddámur misericórdia Dei. *T. P.* Allelúia.

Oratio.

Deus, qui fidélibus tuis beátam Maríam Vírginem Gratiárum tuárum minístram tribuísti; ejus nobis intercessióne concéde, ut a cunctis malis liberémur in terris, et ætérnis gáudiis perfruámur in cælis. Per Dóminum.

AD MISSAM.

Intr. Salve, sancta Parens. 708.

Oratio. Deus, qui fidélibus. *ut supra.*

Epistola. Dóminus possédit me. 722.

Digitized by Google

Tempore Paschali. **Allelúia, allelúia.** ℣. **Per te, Dei Génitrix.** 910.

Allelúia. ℣. Ave María. 704. *sed* **allelúia** *dicitur semel tantum in initio, et repetitur in fine.*

Extra Tempus Paschale, Grad. **Benedícta.** 709.

Allelúia, allelúia. ℣. **Per te, Dei Génitrix.** 910.

Evangelium. **Missus est.** 704.

Offertorium. **Recordáre.** 910.

Temp. Pasch. in fine Off. et Comm. additur :



Secreta.

SAnctífica, Dómine, quæsumus, obláta libámina; et beátæ Dei Genitrícis Maríæ salubérrima intercessióne nobis salutária fore concéde. Per eúmdem Dóminum.

Præfatio de B. M. V., **Et te in festivitáte.** 9*.

Comm. **Regína mundi.** 911.

Postcommunio.

ADjuvet nos, quæsumus, Dómine, gloriósæ tuæ Genitrícis sempérque Vírginis Maríæ intercéssio veneránda : ut quos perpétuis cumulávit benefíciis, a cunctis perículis absolútos, sua fáciat pietáte concórdes. Qui vivis et regnas.

IN II. VESPERIS.

Psalmi et Hymnus ut in Festis B. M. V. 698.

1. Ant. 2. D

O







2. Ant. 3. a





Digitized by Google



tábimus et lætábimur in te, sancta De-i Génitrix.

T. P. Alle-lú-ia. E u o u a e.

3. Ant. 1. g

N Igra sum, * sed



formósa, fí-li-æ Je-rúsalem, sicut tabernácu-la Cedar,

sicut pelles Salomónis. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

4. Ant. 4. A



P Ulchræ sunt genæ tu-æ * sicut túrtu-ris, collum



tu- um sicut moní-li-a. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant. 5. a



S Ub tu-um confúgimus * præsí-di-um, Ma-rí-a



Mater no-stra, sed a per-ícu-lis cunctis lí-be-ra nos



semper. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 24.*

IN ómnibus réquiem quæsívi, et in hæreditáte Dómini morábor; tunc præcépit et dixit mihi Creátor ómnium, et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo et dixit mihi : In Jacob inhábita, et in Israel hereditáre, et in eléctis meis mitte radíces.

℣. **Intercéde.** *ut supra.*

Digitized by Google

Ad Magnif. Ant. 1. f



IN te projéctus sum * ex ú-tero, de ventre

matris me- æ ; tu es patróna me- a, re-fú-gi- um me-um,

conso-lá- ti- o me- a, Marí- a, Mater Gra-ti- á-rum, alle-

lú-ia, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio. **Deus qui fidélibus.** *ut supra.*

Et fit comm. S. Catharinæ Senensis. Ant. **Veni, Sponsa Christi.** 665. *I. Vesp.*

DIE 13. MAII.

B. M. V. Matris Divini Pastoris.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi ut in Festis B. M. V. 698.

Extra Tempus Paschale omittitur **Allelúia.**

1. Ant. 7. c



SOnet vox tu- a * in áuribus me- is; vox enim



tu-a dulcis, et fá-ci-es tu-a decó-ra, alle-lú- ia.



E u o u a e.

2. Ant. 1. f

DI-léctus me-us * descéndit in hor-

Digitized by Google

tum su- um, ut pascátur in hortis, et lí-li- a cólligat, alle-

lú- ia. E u o u a e.

3. Ant. 6. F

V Eni, * di-lécte mi, egre-

di- á-mur in agrum, commorémur in vil- lis, alle-lú-ia.

E u o u a e.

4. Ant. 5. a

F Ons hortó-rum, * púte- us aquá-

rum vi- vénti-um, quæ flu-unt ímpetu de Líbano, alle-

lú- ia. E u o u a e.

5. Ant. 5. a

I N hortis nostris * ómni-

a poma, nova et vé-tera, di-lécte mi, servá-vi

ti- bi, alle-lú- ia. E u o u a e.

Capitulum et Hymnus ut in Festis B. M. V., 699.

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta, allelúia.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos, allelúia.

Ad Magnif. Ant. 5. a

S Icut pastor * gregem su- um pascet, in brá-

chi-o su- o congregá-bit agnos, et in sinu su- o le-



Oratio.

DEus, qui univérsum mundum ineffábili tua providéntia regis, atque gubérnas, præsta nobis fámulis tuis; ut, intercedénte beáta María semper Vírgine, quæ vígili custódia nos pascit, ab hóstibus defénsi, et fructus tui dulcédine satiáti, ad cæléstem pátriam secúri perducámur. Per Dóminum nostrum.

AD MISSAM.



Oratio ut supra.

Digitized by Google

Lectio Libri Sapientiæ.

EGO quasi vitis fructificávi suavitátem odóris, et flores mei fructus honóris et honestátis. Ego mater pulchræ dilectiónis, et timóris, et agnitiónis, et sanctæ spei. In me grátia omnis viæ et veritátis, in me omnis spes vitæ et virtútis. Transíte ad me, omnes qui concupíscitis me, et a generatiónibus meis impleménini. Spíritus enim meus super mel dulcis, et hæréditas mea super mel et favum. Memória mea in generatiónes sæculórum. Qui edunt me, adhuc esúrient; et qui bibunt me, adhuc sítient. Qui audit me, non confundétur; et qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcidant me, vitam ætérnam habébunt.





Digitized by Google

Extra Tempus Paschale.

Grad. 5.



Allelúia, allelúia. ℣. Omnes nos. *ut supra.*

Evangelium. Stabant juxta crucem. 707.

Offert. 5.

Digitized by Google



Secreta.

PRæsta, quǽsumus, omnípotens Deus, ut précibus beátæ Maríæ semper Vírginis fidéles tui hóstiam salutárem tibi fervéntius ófferant, et efféctum consequántur. Per Dóminum.

Præfatio de B. M. V., Et te in festivitáte. 9*.

Comm. 8.



Postcommunio.

GRátias tibi reférimus, Dómine, sacro múnere vegetáti, tuam misericórdiam deprecántes; ut ab illécebris carnis et mundánis oblectaméntis, sub custódia semper Vírginis Maríæ segregáti, cæléstia gáudia indesinénter appetámus. Per Dóminum.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in I. Vesp. præter :

℣. Per te salútem hauriámus Virgo María, allelúia.
℟. Ex caritáte et passióne Christi Fílii tui, allelúia.

Digitized by Google



DIE 9. JULII.

B. M. V. Reginæ Pacis.

MISSA. Gaudens gaudébo. 721. — *Dicitur* Credo.

Præfatio de B. M. V., Et te in commemoratióne Conceptiónis Immaculátæ. 9*.

IN VESPERIS, *ut die 8. Decembris.* 724.

DIE 29. OCTOBRIS.

B. M. V. Agonizantium Patronæ.

Duplex majus.

Omnia ut in Festis B. M. V., 698, *præter Orationem seq.*

Oratio.

DEus qui Unigénito tuo, pendénti in Cruce pro animárum salúte, Genitrícem Vírginem Maríam adésse voluísti : fac, ut nos in extrémo vitæ perículo constitúti, ejus intercessióne adjuvémur, et ætérna prǽmia consequámur. Per Dóminum.

Præfatio de B. M. V., Et te in festivitáte. 9*.

Digitized by Google

APPENDIX

DIE 12. FEBRUARII.

S. Ildefonsi, Conf. Pont.

In I. et II. Vesp., de Communi, 632. *præter Orat. ut infra :*

MISSA. In médio. 645. *præter Orationes sequentes :*

Oratio.

DEus, qui per gloriosíssimam Fílii tui Matrem beátum Ildefónsum, Confessórem tuum atque Pontíficem, misso de thesáuris cæléstibus múnere decorásti : concéde propítius; ut per ejus preces et mérita, múnera capiámus ætérna. Per eúmdem Dóminum.

Secreta.

SAncti Ildefónsi, Confessóris tui atque Pontíficis, quǽsumus, Dómine, ánnua solémnitas pietáti tuæ nos reddat accéptos : ut per hæc piæ placatiónis offícia et illum beáta retribútio comitétur, et nobis grátiæ tuæ dona concíliet. Per Dóminum.

Postcommunio.

DEus, fidélium remunerátor animárum, præsta : ut beáti Ildefónsi, Confessóris tui atque Pontíficis, cujus venerándam celebrámus festivitátem, précibus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum.

Digitized by Google

CANTUS DIVERSI.

Litaniæ Ss. Nominis Jesu.

2.



KYri- e e-lé- ison. Christe e-lé- ison. Kýri- e



e-lé- ison. Jesu audi nos. Jesu exáudi nos.



Pa- ter de cæ- lis De- us, mi-serére no-bis.
Fi- li Redémptor mundi De- us, mi-serére no-bis.
Spí- ri- tus Sancte De- us, mi-serére no-bis.
Sancta Trínitas u-nus De- us, mi-serére no-bis.



Jesu Fi-li De- i vi-vi, mi-serére no-bis.

Jesu splendor Patris, miserére.
Jesu candor lucis ætérnæ, miserére nobis.
Jesu rex glóriæ, miserére nobis.
Jesu sol justítiæ, miserére nobis.
Jesu fili Maríæ Vírginis, miserére.
Jesu amábilis, miserére nobis.
Jesu admirábilis, miserére nobis.
Jesu Deus fortis, miserére nobis.
Jesu Pater futúri sæculi, miserére.
Jesu magni Consílii Angele, miserére nobis.
Jesu potentíssime, miserére nobis.
Jesu patientíssime, miserére nobis.
Jesu obedientíssime, miserére.
Jesu mitis et húmilis corde, miserére nobis.
Jesu amátor castitátis, miserére.
Jesu amátor noster, miserére.
Jesu Deus pacis, miserére nobis.
Jesu auctor vitæ, miserére nobis.
Jesu exémplar virtútum, miserére.
Jesu zelátor animárum, miserére.
Jesu Deus noster, miserére nobis.
Jesu refúgium nostrum, miserére.
Jesu pater páuperum, miserére.
Jesu thesáurus fidélium, miserére.
Jesu bone pastor, miserére nobis.
Jesu lux vera, miserére nobis.
Jesu sapiéntia ætérna, miserére.
Jesu bónitas infiníta, miserére.
Jesu via et vita nostra, miserére.
Jesu gáudium Angelórum, miserére nobis.
Jesu rex Patriarchárum, miserére.
Jesu magíster Apostolórum, miserére nobis.
Jesu doctor Evangelistárum, miserére nobis.
Jesu fortitúdo Mártyrum, miserére nobis.
Jesu lumen Confessórum, miserére nobis.
Jesu púritas Vírginum, miserére.

Digitized by Google

Jesu coróna Sanctórum ómnium, miserére nobis.
Propítius esto, parce nobis Jesu.
Propítius esto, exáudi nos Jesu.
Ab omni malo, líbera nos Jesu.
Ab omni peccáto, líbera nos Jesu.
Ab ira tua, líbera nos Jesu.
Ab insídiis diáboli, líbera nos Jesu.
A spíritu fornicatiónis, líbera nos Jesu.
A morte perpétua, líbera nos Jesu.
A negléctu inspiratiónum tuárum, líbera nos Jesu.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera nos Jesu.
Per nativitátem tuam, líbera nos Jesu.
Per infántiam tuam, líbera nos Jesu.
Per diviníssimam vitam tuam, líbera nos Jesu.
Per labóres tuos, líbera nos Jesu.
Per agoníam et passiónem tuam, líbera nos Jesu.
Per crucem et derelictiónem tuam, líbera nos Jesu.
Per languóres tuos, líbera nos Jesu.
Per mortem et sepultúram tuam, líbera nos Jesu.
Per resurrectiónem tuam, líbera nos Jesu.
Per ascensiónem tuam, líbera nos Jesu.
Per gáudia tua, líbera nos Jesu.
Per glóriam tuam, líbera nos Jesu.

Orémus.

Domine Jesu Christe, qui dixísti : Pétite et accipiétis, quǽrite et inveniétis, pulsáte et aperiétur vobis; quǽsumus, da nobis peténtibus diviníssimi tui amóris affectum, ut te toto corde, ore et ópere diligámus et a tua nunquam laude cessémus.

Sancti Nóminis tui, Dómine, timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum : quia nunquam tua gubernatióne destítuis quos in soliditáte tuæ dilectiónis instítuis. Qui vivis et regnas in sǽcula sæculórum. Amen.

Digitized by Google

Litaniæ Ss. Cordis Jesu.



K Yri-e e-lé-ison. Christe e-lé-ison. Kýri-e e-lé-



ison. Christe audi nos. Christe exáudi nos.



Pa- ter de cæ- lis De- us, mi-serére no-bis.
Fi- li Redémptor mundi De- us, mi-serére no-bis.
Spí- ri- tus San- cte De- us, mi-serére no-bis.
Sancta Trí- ni- tas u- nus De- us, mi-serére no-bis.



1. Cor Jesu, Fí-li-i Patris ætér-ni, mi-serére no-bis.



2. Cor Jesu, in sinu Vírginis Matris Spíritu Sancto for- má- tum,
3. Cor Jesu, Vérbo Déi substantiáliter u- ní- tum,
4. Cor Jesu, majestátis in- fi- ní- tæ,
5. Cor Jesu, templum De- i san- ctum,
6. Cor Jesu, tabernáculum Al- tís- si- mi,
7. Cor Jesu, domus Dei et por- ta cæ- li,
8. Cor Jesu, fornax ardens ca- ri- tá- tis,
9. Cor Jesu, justítiæ et amóris re- ce- ptá-cu- lum,
10. Cor Jesu, bonitáte et amó- re ple- num,
11. Cor Jesu, virtútum ómnium a- býs- sus,
12. Cor Jesu, omni laude di- gníssi- mum,
13. Cor Jesu, rex et centrum ómni- um cór-di- um,
14. Cor Jesu, in quo sunt omnes thesáuri sapiéntiæ et sci- én- ti- æ,
15. Cor Jesu, in quo hábitat omnis plenitúdo divi- ni- tá- tis,
16 Cor Jesu, in quo Pater sibi bene com-plá-cu- it,

Digitized by Google



17. Cor Jesu, de cujus plenitúdine omnes nos	ac-	cé-	pi-	mus,
18. Cor Jesu, desidérium cóllium æ-	ter-		nó-	rum,
19. Cor Jesu, pátiens et multæ mise-	ri-	cór-di-		æ,
20. Cor Jesu, dives in omnes qui ín-	vo-		cant	te,
21. Cor Jesu, fons vitæ et san-	cti-		tá-	tis,
22. Cor Jesu, propitiátio pro peccá-	tis		no-	stris,
23. Cor Jesu, saturátum	op-	pró-bri-		is,
24. Cor Jesu, attrítum propter scéle-	ra		no-	stra,
25. Cor Jesu, usque ad mortem obédi-	ens		fa-	ctum,
26. Cor Jesu, láncea per-	fo-		rá-	tum,
27. Cor Jesu, fons totíus consola-	ti-		ó-	nis,
28. Cor Jesu, vita et resurrécti-	o		no-	stra,
29. Cor Jesu, pax et reconciliáti-	o		no-	stra,
30. Cor Jesu, víctima pec-	ca-		tó-	rum,
31. Cor Jesu, salus in te	spe-	rán-ti-		um,
32. Cor Jesu, spes in te mo-	ri-	én-	ti-	um,
33. Cor Jesu, delíciæ sanctó-	rum	ó-	mni-	um,



Agnus De- i, qui tollis peccáta mun-di, parce nobis,



Dómine. Agnus De- i, qui tollis peccáta mun-di, ex-



áudi nos, Dómine. Agnus De- i, qui tollis peccáta

mun-di, mi-se-rére no-bis.

℣. Jesu mitis et húmilis Corde.
℟. Fac cor nostrum secúndum Cor tuum.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, réspice in Cor dilectíssimi Fílii tui, et in laudes et satisfactiónes quas in nómine peccatórum tibi persólvit, iisque misericórdiam tuam peténtibus tu véniam concéde placátus, in nómine ejúsdem Fílii tui Jesu Christi, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. Amen.

Digitized by Google

Salve Pater.



2. O quam fuit admiránda
Vita tua veneránda
Habens Dei Fílium! *(bis)*
3. Jesum óculis vidísti
Et in bráchiis tulísti,
Suávis felícitas! *(bis)*
4. Genis genas admovísti,
Oscula dans accepísti,
O felix suávitas! *(bis)*
5. Jesum bráchiis tenére,
Atque totum possidére,
O quantæ divítiæ! *(bis)*
6. Cum María conversári,
Dei Natum amplexári,
O quantæ delíciæ! *(bis)*
7. Te pium Pius Patrónum
Tutórem te dedit fidum
Póntifex Ecclésiæ! *(bis)*

Tantum ergo.

(Cantus mozarabicus).



Digitized by Google

INDEX

FESTORUM PROPRIORUM S. M.

FESTA MOBILIA.

Dom. III. post Epiph. Sanctæ Familiæ 1122
Dom. IV. post Epiph. Inventionis Pueri Jesu in medio Doctorum . . . . [1]
Feria VI. post Dom. IV. Quadrag. Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C. 887
Feria VI. post Dom. Passionis. Septem Dolorum B. M. V. . 800
Dom. II. post Pascha. Gaudiorum B. M. V. . . . . [4]
Dom. III. post Pascha. Patrocinii S. Joseph (*cum Octava*) . 431
In Octava. *Omnia ut in Festo.*
Feria II. Rogationum. B. M. V. de Misericordia . . . . [5]
Dom. I. non impedita Maii. B. M. V. de Miraculis . . . [5]
Dom. I. non impedita Festo dupl. post Oct. Corporis Christi. Divisionis SS. XII Apostolorum . . . . [5]
Dom. ultima Julii. Humilitatis B. M. V. . . . . . . [6]
Dom. infra Oct. Nativitatis B. M. V. SS. Nominis Mariæ . (*cum Octava*). . . . . [8]
Dom. III. vel IV. Sept. Octava SS. Nominis B. M. V. . [10]
Dom. IV. Sept. Septem Dolorum B. M. V. 975
Dom. I. Oct. SS. Rosarii B. M. V. 995
Dom. II. Oct. Maternitatis B. M. V. 1179
Dom. III. Oct. Puritatis B. M. V. 1183
Dom. IV. Oct. Patrocinii B. M. V. 1201
Dom. infra Oct. SS. Omnium. B. M. V. de Suffragio . . [7]
Dom. post Oct. SS. Omnium. Dedicationis omnium Ecclesiarum Societatis Mariæ. (*Omnia ut in Communi.*) . . 690
Dom. II. post Oct. SS. Omnium. Oct. Dedicationis. (*Ut in Communi.*) 690

FESTA FIXA.

DECEMBER.

10. Translationis Domus Lauretanæ 1116
18. Exspectationis Partus B. M. V. 1119

Quæ in hoc volumine continentur signo [ ] notantur.

Digitized by Google

JANUARIUS.

23. Desponsationis B. M. V. 1130
29. S. Francisci Salesii, Episc. Conf. et Doct., unius e Patron. Soc. S. M. (*Omnia ut in Libro Usuali.*) 753

FEBRUARIUS.

9. Octava Purificationis. (*Omnia ut in Festo.*) 756
11. Apparitionis B. M. V. Immac. de Lourdes. 1133
12. S. Ildefonsi Conf. Pont. . . . . [34]
15. S. Cyrilli Alex. Episc. Conf. et Doct. 772
17. Fugæ D. N. J. C. in Ægyptum . . . . . . [10]
28. B. M. V. de Bethlehem . . . . [15]

MARTIUS.

9. B. M. V. Speculum Justitiæ . . . . [19]
18. S. Gabrielis Archang. 1141
20. S. Cyrilli Hier. Episc. Conf. et Doct. 785

APRILIS.

27. Ss. Cleti et Marcellini Pont. et Mart. 816
28. B. Petri Aloisii Mariæ Chanel Mart. . . . . . [19]
29. B. M. V. Matris Gratiarum . . . . [24]

MAIUS.

11. S. Petri Mart. 819
13. B. M. V. Matris Divini Pastoris . . . . . . [27]
14. S. Pauli a Cruce Conf. 816
15. S. Isidori Agricolæ Conf. 1153
16. S. Joannis Nepomuceni Mart.. 1154
22. S. Ubaldi Conf. Pont. 835
24. B. M. V. Auxilium Christianorum 1154

JUNIUS.

2. Ss. Pothini Episc. et Soc. Mart. Lugdunensium
   T. P., *Missa* Sancti tui, *Orat.* Deus qui nos concedis . 612
   Extra T. P., *Missa* Sapientiam. 626
   In omni tempore Epist. Sancti per fidem 739
   In I. et II. Vesp. omnia de Communi 607 *vel* 615

JULIUS.

9. B. M. V. Reginæ Pacis . . . . [33]
11. Ss. Cyrilli et Methodii Episc.. 904

OCTOBER.

6. Octava S. Michaelis (*Omnia ut in Festo*). 987
7. S. Brunonis Conf. 1007

Digitized by Google

21. S. Hedwigis Vid. 1010
23. Ss. Redemptoris 1188
24. S. Raphaelis Archang. 1194
27. Ss. Reliquiarum. (*Missa* Multæ tribulationes. *2° loco*). . 1200
29. B. M. V. Agonizantium Patronæ . . . . . . [33]

CANTUS DIVERSI.

Ad S. Joseph. Salve, Pater Salvatoris . . . . . . [39]
Litaniæ Ss. Nominis Jesu. . . . . [35]
Litaniæ Sacratissimi Cordis Jesu . . . . [37]
Tantum ergo. . . . . [39]

IMPRIMATUR.
Romæ, die 16 Februarii 1904.
FR. ALBERTUS LEPIDI O. P.
S. P. Ap. Magister.

IMPRIMATUR.
Romæ, die 16 Februarii 1904.
JOS. CEPPETELLI,
Patriarch. Constantinop. Vicesg.

Typis Soc. S. Joannis Evang. DESCLÉE, LEFEBVRE ET Soc. — Romæ-Tornaci.

Digitized by Google

DIE 23. JUNII.

IN FESTO

BEATI GASPARIS DEL BUFFALO, Conf.

In I. Vesperis, ad Magnificat.



AD MISSAM.

Digitized by Google



mine virtú-tum,* concupíscit et dé-fi-cit ánima mé-a



in átri- a Dómi- ni. Gló-ri-a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui ad salútem animárum, quas tuo pretióso Sánguine redemísti, novam per beátum Gaspárem in Ecclésia tua famíliam congregásti : concéde propítius; ut ipso intercedénte, copiósum tuæ redemptiónis fructum consequámur : Qui vivis.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Cap. 1.

BEnedíctus Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui benedíxit nos in omni benedictióne spirituáli in cæléstibus in Christo, sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutiónem, ut essémus sancti et immaculáti in conspéctu ejus in caritáte. Qui prædestinávit nos in adoptiónem filiórum per Jesum Christum in ipsum, secúndum propósitum voluntátis suæ, in laudem glóriæ grátiæ suæ, in qua gratificávit nos in dilécto Fílio suo. In quo habémus redemptiónem per Sánguinem ejus.

Grad. 5.



V I-di álte-rum* Ange-lum vo-lán-tem



per mé- di- um cǽ- li, habéntem Evangé-



li- um ætér- num, ut evange-li- zá-ret sedénti-bus



su-per tér-ram. ℣. Quam spe-ci-



ó- si pé- des evange-li-zánti- um

Digitized by Google



Tempore Paschali, omissis Graduali et ℣. sequenti dicitur :



Deinde : **Allelúia. Déo autem grátias.** *ut supra.*

Digitized by Google

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.
Cap. 16.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui credíderit, et baptizátus fúerit, salvus erit : qui vero non credíderit, condemnábitur. Signa autem eos, qui credíderint, hæc sequéntur : In nómine meo dæmónia ejícient, linguis loquéntur novis, serpéntes tollent, et si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit : super ægros manus impónent, et bene habébunt.

Off. 1.


Secreta.

DOmine Jesu Christe, qui pretiósi Sánguinis tui divítias in beátum Gaspárem effudísti : fac nos hanc salutárem hóstiam sic tibi offérre; ut ejúsdem Sánguinis fructus large percípere mereámur : Qui vivis.

Comm. 3.

Postcommunio.

INténde nobis fámulis tuis, quæsumus Dómine : et beáto Gaspáre Confessóre tuo intercedénte, quam ille ex hoc divíno convívio spíritus gustávit dulcédinem, eámdem et nos hauríre concédas. Per Dóminum.

IMPRIMATUR. — Romæ, 18 Martii 1907.
FR. ALBERTUS LEPIDI O. P.,
S. P. Ap. Magister.

Typis Societatis S. Joan. Evang. — DESCLÉE, LEFEBVRE et Soc. Romæ-Tornaci.

Digitized by Google